Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0001-8

~~9.17~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI – j
SIGNAT. cIɔIɔCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0002-3




# IMMORTALE
Mortalitatis
## MONIMENTUM,
VIRGINI FLORENTISSIMÆ

# ELISABETHÆ DOROTHEÆ,

Vera in DEUM Pietate, ac Virtutibus,
quæ Sexum Sequiorem ornant,
Præſtantiſſimæ,
VIRI
NOBILISSIMI, PRÆCELLENTISSIMI et
AMPLISSIMI,
DOMINI
## M. GEORGII MICHAELIS CASSAI, Hungari,
Theologi, variis tentaminibus, Exaſciati,
Sapientum Ordinis Aſſeſſoris Graviſſimi,
FILIÆ UNICÆ,
*Eoque Chariſſimæ ac Deſideratiſſimæ,*
Quæ
*Die XI. April. A. O. R. cIↃ IↃCXC. primum lucem adſpexit,*
*XXV. Novemb. Catharinæ ſacro, MDCCVI. humanis valedixit,*
*XXIX. Ejusdem, nempe Dom. I. Adventus, ad Templum Marianum, quod*
*Wittenb. eſt, honorifice elata ac tumulata eſt,*
Ac demum Anno evoluto, ſupra milleſimum, Septingenteſimum, Septimo
SUSCITATUM,
*Ab*
Exſequiatoribus, Amicis, Fautoribus atque Civibus.

---

*WITTENBERGÆ*, A.C. cIↃ IↃCCVII.
TYPIS MARTINI SCHULTZII, ACAD. TYPOGR.

# DIALOGUS

*Primiceriorum Funeris Comitum.*

††† ††† †††

QUam, dilecte mihi, es *felix*, AUGUSTE, *Sorores*
Qui tres dinumeras, *Frater* & unus adeſt.
*Una* relicta *Soror* mihi, cui nunc moeſtus *honorem*
*Supremum* ſolvens, *triſtis* in orbe *gemam*.
Ac *miſeri ſenio* confecti jamque *Parentes*,
Quam ſubito mortis *præda feralis* erunt!

*Sororis deſideratisſimæ buſta lacrumis rigans appoſui*

JOH. FRIDERICUS MICHAELIS CASSAI,
Wittenbergenſis Saxo.

NE *perturberis* nimium, MICHAELIS amande,
Sunt tibi *tres fratres* ac *Soror una* Polo.
Me quoque confiteor *fratrem*, cum *fratre*, *Sorores*
Charæ te pariter *fratris ad inſtar* habent.
Nec te *conſilio* noſtri, *auxilioque* Parentes
Deſtituent: aderit *gratia prona* DEI.

*Erigens fidum Achatem, lugens adjeci*

JOH. AUGUSTUS Encke / Wittenb. Saxo.

** ** **
* * *

GRatia diva mihi donavit *pignora quinque:*
Bis bini gnati, *Nata* ſed *una* fuit.
*Tres gnatos* celeres Parcæ rapuere *tenellos*,
Poſtremum ſatus aſt *charus Iulus* adeſt.
Nata ſed apta Viro, *vera pietate* coruſca,
*Vulnere*, dic quanto, *pectora* moeſta ferit!
Tempus erat ſacrum CATHARINÆ, *languida* quamvis,
Læta *bonam* nobis *Spem* DOROTHEA facit.
Nam *placidum Somnum* capiebat, nocte priori,
Hinc cantu & precibus *thura* ſacrata *litat*.
Ac avide, aſſervata prius, *jentacula* ſumit,
Affert & *rhombum*, ducere fila parat.
De *variis* confert rebus cum matre *faceta*,
Immiſcens quædam *conſcia* forte *necis*.
Me quoque Spes melior recreabat, *templa* ſacrata
Mox adeo, ſolvens *vota precesque* DEO.
Inde redux, Sermoni, quem, pro more, *Sophorum*
*Præſes* adornabat, me quoque ſiſto ſimul.
Sicque domum repetens, *privatam* ſedulus *horam*
Perficio, fretus *Spe meliore*, miſer.
In Patriam, ad *varios*, jam ſcribere conor, *Amicos*,
*Feſtinans* nimium negligo ſponte cibum.

Hora

Hora ſed adventat, qua *prandia* ſumere fas eſt,
Hic primum *mortis* cernitur aſper *agon.*
*Armum* conqueritur *dextrum*, pungique dolore
Et *latus*, extremum vulnus adeſſe notat.
*Pharmaca*, quæ Medici ſat dextra perita paravit,
Sumit; at hæc ſpernit *vis* truculenta *necis.*
Suſcipit hinc *animæ curam*, precibusque fideli
Cuſtodi Jeſu hanc *inſinuare* ſtudet.
Quæque fidem firmant depromens *aurea dicta*,
*Vivere* cum Chriſto prona fuitque *mori.*
Hactenus *erecto* conſiſtens *corpore* Noſtra,
Nunc demum *lecto* langvida membra locat.
Adſtantes igitur *precibus cantuque* ſupremam
Imploramus *opem* Numinis usque boni.
*Plena Spei*, mundum ſpernens, ſic intonat ipſa:
Valet vvil ich dir geben, & hinc reliqua.
Nosque *ducem* ſequimur cantantes, addimus *hymnum*,
Intra quem paulo *membra quieta* cubant.
Obdormit *placide*, *ſine motu*, nemo notavit
Indicium, quando *Spiritus aſtra* ſubit.
Adſiſtens capiti, *primus deprendo*, relictis
Exuviis, *animam* jam petiiſſe *polum.*
Hinc *flexis genibus* grati celebramus Iovam,
Luctanti *celerem*, qui tulit almus, *opem.*
Jam *placidam* capias *requiem*, vexata malignis
Morbis, incolumis *vive*, *vigeque*, *vale.*
ELISABETHA, *quies Domini* bene dicta, quieſcas
In Domino, *dono*, nunc DOROTHEA, DEI.
Amplius haut *Martis* rabies *Mortisque* pavorem
Incutient, *requies* te ſine fine manet.
Percipias veræ pietatis *grata brabea*,
Quæ, promiſſa, dedit Numinis *ampla manus.*
*Victricesque* geras *palmas*, ornata *corona*
*Purpurei Sponſi*, Sponſa coruſca fide.
Nos te privati *triſtem* ducemus in orbe
*Vitam*, jungemur donec in arce poli.
Sic tecum *niveum* cantu celebrabimus *agnum:*
Roborat hæc animum *Spesque fidesque* meum.
Tu modo ſufficias moeſtis, *Solatia* viva,
Sancte DEus, presſis ferque benignus opem.
Qui ſupereſt *unus* vivat longævus in orbe
*Aſcanius*, veræ ſit pietatis amans.
Sedulus atque premat *veſtigia* recta *Parentum*,
*Organon electum* ſit maneatque DEI.
DEUTSCHMANNI *Celebris* benedictio ſit rata, Nato
Quam dedit, *obſignans munere* dicta Senex.
Nunc laudande mihi es, ROESCHEL, *venerande Patrone*,
Qui *præſens* moeſtum ſponte levare ſtudes.
Ac *lateri junctus*, defunctæ funus honore
Haut dedignatus condecorare *comes*,
*Te* vegetum, *charosque* benignus ſervet Iova,
Et clemens *abigat triſtia* quæque, precor.
Omnibus, *auxilio* qui *conſilioque* levaſtis
*Luctum*, retribuat gratia larga DEI.

Vobis,

Vobis, O *Cives*, potiores debeo grates,
Qui perſolviſtis *munia prompta* mihi.
Sors ubi me tandem *vultu*, ceu ſpero, *favente*
Adſpiciet, *gratas* ſpondeo cuique *vices*.
Attamen *acceptis* promtam mage reddere mentem
*Officiis*, tribuat *gratia priſca* DEI.
Denique *chara* vale, *triga* conjuncta, quieſcas,
*Fratrum*, donec nos junxerit illa dies.
Adveniet *Judex*, qui, majeſtate potenti,
*Donatos vivos* ducet ad aſtra Poli.
Ergo *veni* citius *Jeſu*, faciasque *malignis*
*Ærumnis* finem, Chriſte benigne, *veni!*

*Paternum, quo vivam complectebar, affectum, erga defunctam* unicam *deſideratisſimamque* filiam, *lugens, mœroreque confectus, teſtabar*

M. GEORGIUS MICHAELIS CASSAI, Hung.
Ampliſſimi Sapientum Ordinis Aſſeſſor.

NOn matura viro, ſceleris neque conſcia Virgo
Venit in amplexus, optime Chriſte, tuos.
Hujus ſe Sponſam jamjam moribunda Puella
Dixerat, ac animam reddidit ipſa Deo.
Aſt celerem doleo caſum, mortemque repentem,
Illacrumans, Natæ, mitia fata precor.
Indicium tamen hoc divi ſoletur amoris:
Namque cito moritur, quem DEUS almus amat.
Me lateri jungens funus comitabor ad urnam:
Clementer ſanet ſaucia corda DEUS.

*Dolorem teſtando, proſtratos erigere ſtudebat Parentes*

Johannes Baptiſta Rœſchelius,
Sempronio Hungarus,
Theolog. Doctor & P.P. Extr. atque
Phyſicæ Ordinarius.

* * * * * *

VOn vielen Kindern/ ſo Herr Drechßlers Fruchtbarkeit
In jener freyen Stadt/ zu Carpffen hat gezeuget/
Verblieben Sechſe nur in dieſer Sterbligkeit/
Da er ſich unverhofft zur duncklen Grufft geneiget.
Drey Töchter hatten ſich den feſten Sitz erwehlt
In Deutſchland/ wo ſie noch durchs Höchſten Gnade leben/
Allwo Sie ſich vorhin nach Seinem Schluß vermählt/
Und meiſtentheils darnach/ um GOtt zu dienen/ ſtreben.
Zwey Töchter/ ſammt dem Sohn/ behielte Hungar-Land/
Als welches Krieg und Streit um Freyheits Guth erkohren;
Doch ſind die Töchter ſchon verſcharrt in kühlen Sand/
So unſre Freundſchafft hat mit groſſem Schmertz verlohren.
Sie/ Werthes Eltern Paar/ verliehren einen Schatz/
Den Sie auch hochgeacht in Ihren gantzen Leben:
Der blaſſe Leib find zwar in ſeinem Grabe Platz/
Doch kan die Seele dort in ſtoltzer Ruhe ſchweben.
Bey Ihnen aber ſey des Himmels Gütigkeit/
Sie müſſe fort und fort des Höchſten Gunſt ergötzen!

So

So iſt ja Troſtes gnug von Seiner Huld bereit/
Und wird kein Ungemach Ihr Wohlergehn verletzen.
Mit dieſem bezeugete ſein Beyleid über das früzeitige Abſterben der ſeel. Jungfer Muhme
Jeremias Pilarick, Paſtor Prim. im Friedrichs-Thal.

SIc nondum Natæ denatæ dememiniſti,
Quæ dudum jamjam contumulata fuit?
Scilicet, ut doceas, quid præſtet mortis acerbam,
Et duram legem vimque paternus amor.
Carmen adhuc poſcis dulcis pro laude puellæ:
*Rarior hanc pietas arsque paravit ei.* f.
L. Joh. Hieronymus de Wedig, Archidiac.

* * *

Sein zugeſtoßnes Leid hat mich recht ſehr betrübet/
Der liebſten Tochter Tod verurſacht Noth und Weh.
Gewiß/ ſo früher Fall hat nichts/ als Angſt verübet/
Die mein Gemüthe quält/ ſo/ daß ich faſt vergeh.
Doch/ Ihr Vermählter iſt die theure Lebens-Sonne/
Die Ihren Geiſt erquickt mit Himmels ſüſſer Wonne.
So wolte Seine Wertheſte Jungfer Muhme beweinen
Chriſtian Spreckel, Cantor und Organiſt zu Sylthor.

Nun endet ſich das Jahr/ ſeit dich GOtt hat betrübet/
Mein HochgeEhrter Freund/ und in dem Creutz geübet/
Als Er dein liebes Kind von dieſer Welt erwehlt/
Daß es da lag vor dir erblaſſet/ und entſeelt.
Du denckeſt billig dran/ und biſt nicht ſo vermeſſen/
Dein eintziges Töchterchen ſo balde zu vergeſſen.
GOtt tröſte mehrmal dein- und deiner Liebſten Hertz/
Daß ſich nach ſolchem Leid nun lege dieſer Schmertz.
Dieſes ſchrieb ſeinem alt-bewerthen/ lieben Landes-Freund zum Troſt
Daniel Roxer, Hung. Cantor u. Collega in Zerbſt.

* * *

QVam tenero Gnatam Pater es complexus amore,
Quæ Tibi, quæ Matri, gaudia mille tulit;
Occubuit, luctus cauſas Matrique, Tibique
Mille creans, adimens gaudia mille ſimul.
Sed tamen hanc cladem patienter ferre decebit,
Curis & lacrymis fas poſuiſſe modum.
Chara Tibi ſi Gnata fuit, jam carior illa
Coeleſti Sponſo eſt, quam retinere nefas.
Virginis e Coelo dulces, Pater optime, voces
Percipe, queis lacrymas triverit illa Tibi.
Chare Pater Materque, pios jam mittite planctus;
Non leſſus Sponſam, ſed mage læta decent.
*His paucis erigebat Affinem Honoratiſſimum,*
Jeremias Nicletius, Neoſol-Hung. SS. Th. & Phil. Cult.

QUam ſibi viventem charam duxit mea Nata:
Defunctam ſequitur tempore fida brevi.
Quasque ſolum divulſerat, has mors junxit Amicas,
Ut junctis liceat perpete pace frui.
*Dolorem utrinque lenire conatus, non ſine lacrumis ſubjecit*
Martinus Leutmannus, Teuto-Prona Hungarus,
Teneræ juventutis, quæ apud Wittebergenſes eſt,
Informator Ordinarius, jam Emeritus.

* * *

WOhl dir/ du Himmels-Braut/ du kanſt nun herrlich prangen
Bey deinem Bräutigam/ der dich mit Freud empfangen
Und angenommen hat: Verlangen iſt erfüllt;
Der Schmertz/ die Angſt/ das Weh/ all Leyden iſt geſtillt.
Wer ſoll wohl deinen Tod beweinen und beklagen?
Wer ſoll vor Traurigkeit die Augen niederſchlagen?



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0007-1

Du lebſt in voller Freud / du haſt nun lauter Luſt /
Davon was andre drückt / iſt dir nichts mehr bewuſt.
Es war dein ſtiller Tod dem Tod nicht zu vergleichen /
Den Himmel halff dir GOtt durch ſüſſen Schlaff erreichen :
Drum ſchlaff nnd ruhe wohl / biß dich GOtt ſelbſt erweckt /
Und führt aus deinem Grab / das dich ietzt hält bedeckt.

Mit dieſen wolte gegen die Wohlſeelige Jgfr. Muhme ſeine Liebe darſtellen
M. Jeremias Pilarik, Hung. Sch. W. Sen. C. V.

QVæ Te ſuſpirans noctesque diesque vocabat
Sponſum, fit compos jam, bone CHRISTE, Tui.
Inde Tuos petit amplexus, fruiturque petitis,
Teque poteſt Sponſo ſpernere mille procos.

*Optimam Patris Optimi Filiam ſic proſequebatur*
M. Samuel Cnauthius, Miſenenſis.

*** *** ***

WEr hätte ſo gedacht / daß dieſe Himmels-Blume /
So in der Blüthe ſtund / der Eltern Freude war /
Jetzt ſchon verwelcken ſolt / zum ſteten Eigenthume
Sich neuen Schmuck erſehn zu prangen immerdar?
Ach! weil ſie ſchöne war / ſo nahm ſie JEſus hin /
Drum ſtillet euer Hertz / den hochbetrübten Sinn.

Seiner liebwehrteſten Jungfer Gevatterinn zu ſchuldigen Ehren / wolte dieſes hinzu fügen
M. J. P. Stephani.

WEr ſich bey Zeiten hier der Tugend hat befliſſen /
Wer nichts / denn Frömmigkeit von Jugend auff geliebt /
Der wird den Eltern wohl zum Leyd' hinweg geriſſen /
Und macht / daß jeder ſich ob ſeinen Fall betrübt.
Mein Gönner / diß iſts auch / daß ſolch betrübtes Sehnen
Der liebſten Tochter Fall bey Jhn annoch erweckt /
Was zeigen anders an die überhäuffte Thränen /
Als daß mit ihr die Grufft viel Tugenden bedeckt?
Doch laß Er ſolchen Schmertz und allen Kummer fahren /
Was hilfft es / daß man ſich mit Thränen ſo benetzt?
Bedenck Er / ſtarb ſie gleich in ihren zarten Jahren /
So wird Jhr deſto mehr das Leben dort erſetzt /
Wo in der Ewigkeit des Himmels Cherubinen /
Und die gehäuffte Schaar der Außerwehlten iſt /
Die mit erhobnen Lob dem Allerhöchſten dienen /
Wo Sie in Abrahms Schooß der ſüſſen Ruh genieſt.

Mit dieſen Zeilen wolte ſeine Condolence ſchuldigſt ablegen
M. Johannes Andreas Knoblach.

† † †

QUi moritur, primi dum florent temporis anni,
Excedit mundo ſcelerato, & pace quieſcit.
Mors in nos miſeros homines ſua ſpicula tendit,
Et tollit ſenium feſſum, teneramque juventam.
Hinc pater & mater nimium ne funere flete
Filiolam extinctam, quam vos conſtanter amaſtis.
Nam quem cunctipotens Dominator diligit, ille
In primis annis urna mox clauditur arcta.
Et cujus proles abſolvit lumine læto,
Is non ignarus, terræ quid linquat amatæ,
Quid cœlo, quicquid domui ſtellantis Olympi.
Nam corpus terræ debetur, Spiritus aſtris.

*Sic lugens funus proſequebatur*
Samuel Azmann, Schemn. Hung. SS. Th. Cultor.

ACre gelu flores perſtringit & enecat omnes,
Æſtivos Campos depopulatur Hyems.
Sic gelidæ mortis vis aufert cruda puellæ
Vitam, quæ verni floris imago fuit.
Aſt ut vere novo majori planta decore
Surgit & amiſſas accipit ipſa vires:

Sic quoque, quæ cecidit, ſuprema Filia luce
Exibit tumulo clara nitore magis.

*Teſtificandi doloris cauſa addebat*

Johannes Michael Röthingius, S.S.Theol. Cult.

† † †

CHara bonis cunctis, ſed charior ipſa Jehovæ
Filia, poſt mortem, cælica Regna tenet.

*Appoſuit*

Joh. Fellner, Schemn. Hung. S.S.T.C.

DU biſt/ erfahrner Mann/ dem Hiob zu vergleichen/
Der rauhen Unglücks Wind/ wie leichte Winde/ acht.
Dein Felſen-gleiches Hertz will keinem Donner weichen/
Es iſt bey ſich vergnügt/ wenn Blitz und Hagel kracht.
Denn Creutz/ Gebeth/ und Fleiß die machen einen Mann/
Der beydes GOtt und Welt rechtſchaffen dienen kan.
Darum/ beſtürtzter Mann/ laß alles Trauren fahren/
Das deine Bruſt beklemmt/ und ſtöhret deine Ruh.
Die Tochter ſchwebt in Freud mit jenen Himmels-Schaaren/
Und rufft mit voller Stimm aus dücken Wolcken zu:
Mir hat mein JEſus nun den Brautkrantz auffgeſetzt/
An deſſen Klarheit ſich die Sonne ſelbſt ergötzt.

Dieſes ſetzte ſeinen vornehmen Gönner zum Troſt

Johann Heinrich Schönbach/ S.S. Th. Cult.

† † †

CHara Patris mœſti ſoboles, chariſſima Matris
Filia, & inſignis Virginitatis honos:
Quam Genitor propter mores dilexerat unam,
Occidit, & thalami ſpem locat in tumulo.

*His dolorem teſtabatur*

Paulus Simonides, Radvan. Hung. Phil. & S.S.Th.C.

SIc pia Virgo cadis viridi demeſſa ſub Ævo,
Heu! fragilis nimium floris ut inſtar abis.
Heu Tibi, chare Parens, perit heu! Spes alma Senectæ
Heu perit! Heu ſubito, non reditura perit.
Sed ne Te nimio crucies, Vir Clare, dolore,
Spes bene nixa Deo, Scriptaque dia monent.
Ergo pios luctus inhibe lacrymasque fluentes,
Quid gemitus tanti? Quid gravis iſte dolor?
Quid fles? Non etenim periit Tibi pignus ademptum:
Hoc corpus tumulas, Spiritus Aſtra petit.

*Doloris conteſtandi gratia hoc dabat*

Joh. Virgilius Freyſeyſen/ Cremnit. Hung. S.S.Th.C.

ERgo NATA Senem Patrem ſvaviſſima præit,
Virginei quondam flosque decusque chori:
Hæcce *Roſæ* ſimilis florebat in orbe Virago,
Sed nunc in cœlo *floris* honore viret.
Et quia *Sponſa* ſuo facta eſt gratiſſima JESU,
Immundi Mundi deſpicit omne decus.
Tu, venerande Pater, magno jam parce dolori:
Conſilio inque Dei dulce levamen habe.

Hæc ſolatii & doloris taſtandi cauſa lugubri Muſa dabat

Samuel Bohus, de Felsö-Petöfalva, Nobilis Hung.

QVid nimium *Genitor* luges pia funera *Natæ*?
Quid pectus *Genitrix* conficis ipſa Tuum?
Luctus abeſto procul! reddetur filia vobis,
Cum dabit inſvetos buccina ſera ſonos.

*Debitum officium & συμπάθειαν teſtari debuit*

Samuel Zelenka, Hung S.S.Th. & Phil. Stud.

VIrgo, Viator! eram, ſoles ter quinque vireſcens:
Abſtulit in mediis me Libitina roſis.
Filia chara fui Genitoribus unica nata;
Sed fruſtra. Exemplo Tu quoque diſce mori.

Hac Nænia Virginis nobiliſſimæ querimoniam exprimebat

Johann. Thurzo, Hung. S.S.T. ac P.C.

DA wir noch / Seeligſte / allhier das Elend baun /
Und unſern Untergang ſtets vor den Augen ſchaun /
Dich aber GOTTES Schluß / aus Kedars finſtern Wäldern /
Und aus Aegyptens Nacht / zu den beſternten Feldern
Des ſichern Salems rufft / und in den Himmel führet /
Iſts billich / daß dein Grab noch dieſe Schrifft bezieret:

Kein geiler Sterblicher / den dieſe Luſt der Welt /
Als einen Sünden-Knecht in Ket' / und Banden hält /
Tret' allzu frech und frey zu dieſer keuſchen Leiche /
Weil auch der todte Mund zu ſagen ſcheinet: Weiche;
Doch ſcheu ein Frommer nicht diß werthe Grab zu küſſen /
Weil ſelbſt die Frömmigkeit ſich hier verbergen müſſen.

Mit dieſem wenigen wolte ſeine ſchuldigſte Condolenz abſtatten

**Johann Hambacher / Hung. Medicin. & Chirurg. Cult.**

IHr Eltern gute Nacht! Wir müſſen uns geſegnen /
JGOTT laß Euch künfftig hin nichts wiedriges begegnen /
Ich lies mirs zwar bey Euch im Leben wohlergehn:
Doch / laſſet Mich auch nun bey meinen JESU ſtehn.

Hiemit wolte ſein hertzliches Mitleyden zu erkennen geben

**Gottfried Thern / Leuchov. Hung. S. S. Theol. St.**

QUotquot humo nati, tot humo debentur humandi:
Naturæ ſane lex data quemque docet.
Hac quoque lege canit, generoſo ſangvine creta
Virgo ſupremum, voce gemente, vale.

Carmine hoc lugubri exclamat

**M. Michael Lange / Scepuſio Hung. S. S. Th. C.**

EHeu! Sublata eſt veræ pietatis imago,
Auxilium Matris, delitiumque Patris,
Sponſa fuit Sponſo in terris chariſſima Chriſto,
In cœlis Chriſto nunc ſociata manet.

Lugens adjecit

**Jacobus Schnauſſ, Neos-Hung. S. S. Theol. & Phil. Stud.**

Filia delitiæ tanto præcordia luctu
Sauciat, & lacrymis ora rigare jubet.
Ponite ſed luctus, coelo gaudete receptam,
Nunc ubi pro gemitu gaudia mille capit.
Florida Virgo fuit, vera pietate vireſcens:
Æternum in coelis nunc quoque virgo viret.

His ſupremum perſolvere voluit officium

**Johann. Kogler, Neoſ. Hung.**

HEliades plangant, & inania munera morti
Dent lacrymas: aſt Tu triſtia mitte procul.
Nata quod ad ſuperos conceſſerit, hactenus ipſa
Oſtendit, mortem quemque manere ſuam.
Ceſſit naturæ, ſed jam lovæ atria ſummi
Incolit, ergo et tu triſtia mitte procul.

His animum moeſtum erigere voluit

**Joh. Georgius Hermannus, Caſſov. Hung. S. S. Th. & Phil. St.**

EHeu dura nimis fati violentia! nulli
Ætati parcit mors, violenta nimis.
Omnia ſub leges revocat, diſcrimine nullo
Servato, immiti corpora falce ſecat.
Miſta Senum & juvenum denſantur corpora, mortis
Grandævo, juvenique una terenda via eſt.
Sic Tua in ætatis, MICHAELIS, filia, CLARE,
Flore novo, rigidum mortis adivit iter:
Non aliter recidit, quam flos, qui frigore aduſtus,
Aut roſa, quæ læſo pendula flore cadit.
Sed tamen e tumulo redivivo flore reſurget
Pulchrior, ut flores ſurgere vere ſolent.
Ergo, moeſte Pater, jam finem impone dolori,
Hanc quia victuram ſcis iterum eſſe roſam.

Sic candidum teſtabatur affectum

**Joh. Chriſtophorus Dekard, Sempronio Hung. S. S. Th. C.**

TErminus a cunis, finis quod pendeat ortu,
Naſci, quod ſubito ſitque perenne mori:
Nobilis in tumulo naſcens id Virgo perorat,
Et ſtatui vitam funera noſtra, docet.

Æterno conſecratum voluit Honori,

**Matthæus Hannkius Libetb. Hung. S. S. Theol. & Phil. St.**

QUamvis ſim Lethi peracuto dente perempta,
Filia chara tibi, non tamen interii.
Sed verè vivo, & felicem vivere vitam
Incipio, moeſtum, cum Tibi dico, Vale!

Hæc luctum levare cupiens appoſuit

**Georgius Bohus, Neos-Hung. Philoſ. Stud.**

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0010-7

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

W 12

W 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0012-9

207




# IMMORTALE
## Mortalitatis
# MONIMENTUM,
## VIRGINI FLORENTISSIMÆ
# ELISABETHÆ DOROTHEÆ,

Vera in DEUM Pietate, ac Virtutibus,
quæ Sexum Sequiorem ornant,
Præſtantiſſimæ,
VIRI
NOBILISSIMI, PRÆCELLENTISSIMI et
AMPLISSIMI,
DOMINI
M. GEORGII MICHAELIS
CASSAI, Hungari,
Theologi, variis tentaminibus, Exaſciati,
Sapientum Ordinis Aſſeſſoris Graviſſimi,
FILIÆ UNICÆ,
*Eoque Chariſſimæ ac Deſideratiſſimæ,*
Quæ
*Die XI. April. A. O. R. cIɔ Iɔ CXC. primum lucem adſpexit,*
*XXV. Novemb. Catharinæ ſacro, MDCCVI. humanis valedixit,*
*XXIX. Ejusdem, nempe Dom. I. Adventus, ad Templum Marianum, quod*
*Wittenb. eſt, honorifice elata ac tumulata eſt,*
Ac demum Anno evoluto, ſupra milleſimum, Septingenteſimum, Septimo

Farbkarte #13
B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-767053-p0013-4